MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80073-5

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR: QUINN, REVEREND B.

TITLE: PHILOSOPHIA MENTALIS

PLACE: [DEERFIELD, NY?]

DATE: 1901

Master Negative #

91-80073-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

160 anon
Q4 [Quinn, Rev B.]
Philosophia mentalis, prima pars logica
[Deerfield N.Y.] 1901 0 4 + 58p 1pl

352726

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6/5/91 INITIALS N.T.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Philosophia Mentalis.

PRIMA PARS.

LOGICA.

1901.

160-04

For Library
Printer.

160 Q4
Columbia University
in the City of New York
Library

GIVEN BY

Author

Excelsior.

E Pluribus Unum.

"Ad Astra Per Aspera."

Philosophia Mentalis.

PRIMA PARS.

LOGICA.

Rev. B. Quinn

1901.

INDEX.

PARS FORMALIS.

SUBJECTUM.	PAGINA.
Explicatio Subjecti,	3
Apprehensio.	3
Judicum,	4
Judicia Diversa,	6
Propositio Simplex,	8
Propositio Composita,	10
Regulae pro Conversione Propositionum,	13
Quantitas Propositionum,	16
Ratiocinium,	18
Argumentum,	18
Syllogismus,	19
Regulae Syllogismi Deductivi,	20
Regularum Explicatio,	20
Syllogismorum Species,	27
Sorites,	30
Enthymema,	30
Epikeirema,	31
Dilemma,	31
Principia Ratiocinandi,	32
Verborum Explicatio,	34

PARS MATERIALIS.

Veritas,	38
Certitudo,	39
Certitudinis Medium,	40
Sensus Interior,	41

324568

SUBJECTUM.	PAGINA.
Evidentia,	41
Sensuum Testimonium,	43
Hominum Testimonium.	44
Ratio Humana,	45
Facultas Intellectiva,	46
Conscientia,	47
Memoria,	48
Demonstratio,	49
Ordo,	50
Principium,	51
Certitudo Major vel Minor,	51

PARS PRACTICALIS.

Fallacia,	52
Fallacia Formalis,	52
Fallacia Compositionis,	53
Fallacia Divisionis,	53
Fallacia a dicto simpliciter,	54
Fallacia a dicto secundum quid,	54
Fallacia Causae,	55
Fallacia Interrogationis,	55
Fallacia Conclusionis,	56
Fallacia Assumptionis,	57

PRAEFATIO.

Latinitas libri hujus est valde simplex. Modus explicandi rem aliquam est facilis. In operibus latinis quae tractant de philosophia, theologia vel materia tali, perspicuitas in sensu terminorum est melior quam obscuritas in rigiditate classica vel ambiguitas in idiomate antiquo.

Logicae studium generaliter auget mentis vigorem. In multitudine questionum intellectualium, bona cognitio Logicae est admodum utilis et aliquando necessaria. Praeterea, cognitio talis est omnino requisita pro hominibus eruditis qui habeant officium docendi et qui honeste vellint veritatem sine fallacia tradere pro bono publico. Col. 8–II. Paulus ita docuit: "Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi."

Secundum Ciceronem, "Logica fuit philosophiae pars altera." Nostris in diebus, tamen, Logica generaliter vocatur prima pars philosophiae mentalis vel intellectualis.

Campi—damae, die 4 Julii, 1901.

REV. B. QUINN.

Ack. to ✓ Dverfalls Oneida Co N.Y.

LECTIO PRIMA.

LOGICA.

EXPLICATIO SUBJECTI.

Sumpta sicut scientia, Logica vocatur scientia recte ratiocinandi ut veritas obtineatur et falsitas evitetur in argumentando vel in docendo. Sumpta sicut ars, Logica est applicatio practicalis regularum et principiorum quae possint regere vel adjuvare mentem humanam in recte ratiocinando.

Logica dividitur in partes tres. Prima pars appellatur Pars Formalis, quia tractat de forma logica ratiocinandi. Secunda pars nuncupatur Pars Materialis, quia tractat de materia logica ratiocinandi. Materia logica est veritas logica. Veritas absque fallacia debet esse praecipuum objectum Logicae vel scientiae recte ratiocinandi. Tertia pars dicitur Pars Practicalis, quia tractat de fallaciis quae generaliter occurrant contra vel formam vel materiam argumenti cujuslibet.

Secundum auctores alios, Logica habet tantum duas partes, quarum prima vocatur *dialectica* et secunda nuncupatur *critica*. Secundum alios auctores, vero, una pars Logicae dicitur *logica minor* et altera pars appellatur *logica major*.

Divisio, tamen, in praecedentes partes tres apparet logica et optima.

LECTIO SECUNDA.

PARS FORMALIS.

Ad formam logicam ratiocinandi, pertinent apprehensio, judicium, propositio, ratiocinium et argumentum.

APPREHENSIO.

Apprehensio vocatur idea vel perceptio quam humana mens habeat de objecto aliquo. Apprehensio dicitur simplex vel

simpliciter mentalis quando manet in mente sine expressione qualibet.

Apprehensio nuncaptur verballs vel oralis quando per loquelam experimitur.

LECTIO TERTIA.

JUDICIUM.

Judicium est simplex actus mentis vel affirmantis vel negantis convenientiam inter apprehensiones duas aut plures. Judicium requirit saltem duas apprehensiones vel ideas quarum una sit subjectum et altera sit attributum propositionis.

EXEMPLA.

Americana constitutio continet principia bona. Vexillum Americanum non est despiciendum sed admirandum.

Natura judicii est affirmativa vel negativa, quia per judicium affirmatur vel negatur convenientia duarum vel plurium idearum vel apprehensionum.

Officium principale judicii consistit in jungendo apprehensiones quae conveniant vel in separando ideas quae disconveniant.

Rerum apprehensiones existentes in mente humana suppeditant materiam pro judicio. Mentis assensus vel dessensus de convenientia talium idearum est forma judicii.

Questio de judicio.—Utrum judicicium est actus mentis annon ?

Aliqui contendunt judicium esse assensum voluntatis quiescentis in percepta relatione apprehensionum. Alii tenent judicium esse sensationem et consistere in percepta relatione idearum. Alii, vero, docent judicium esse mentis actum positivum, quia judicium consistit in jungendo per affirmationem vel in separando per negationem ideas vel apprehensiones quas mens habeat de rebus. In affirmando vel in negando convenientiam idearum inter se, mens agit. Quare, multi concludunt judicium esse mentis actum positivum.

Altera questio de judicio.—Utrum judicium est actus simplex annon ?

Judicium est actus vel simplex vel compositus. Si judicium sit actus compositus, potest in partes dividi. Sed, inter affirmationem et negotionem non datur medium. Apprehensiones vel conveniunt vel non conveniunt. Per judicium, affirmatur vel negatur convenientia talis idearum. Judicium est mentis actus vel est, aliis in verbis, affirmatio vel negatio mentis ita pronunciantis vel judicantis de convenientia idearum. Judicium, igitur, in partes dividi non potest ; ergo, est mentis actus simplex.

Objectiones contra doctrinam illam.

Objectio prima.—Materia judicii sunt apprehensiones. Ergo judicium est compositum, quia componitur ex ideis.

Responsum.—Apprehensiones sunt materia judicii, in sensu materiae circa quam judicium vel mens versatur, (is employed,) sed non in sensu materiae ex qua judicium fabricatur vel componitur. Quia judicium est mentis actus et requirit apprehensiones quarum convenientiam vel affirmat vel negat, non inde sequitur judicium fabricari vel componi ex ideis.

Objectio secunda —Judicium expressum in verbis est propositio. Sed propositio est composita, quia constat vel componitur ex terminis tribus vel pluribus. Ergo, judicium est compositum et in partes dividi potest, etenim fabricatur vel componitur ex terminis vel partibus tribus vel pluribus.

Responsum.—Propositio est verbalis expressio judicii. Sed judicium est actus mentis pronunciantis de convenientia vel disconvenientia idearum. Praeterea, propositio est *medium per quod* judicium proferri possit extra mentem. Sive scripta sive dicta, propositio est visibile vel audibile et externale *medium* quo homo generaliter utitur ut judicium, vel actus mentis affirmantis vel negantis convenientiam apprehensionum, possit manifestari. Hoc *medium* generaliter componitur ex partibus, vel ex tribus aut pluribus verbis, et *est aliquod compositum.*

E contra, *actus mentis*, vel judicium, *non componitur* ex partibus. Quare, *actus mentis* affirmantis vel negantis convenientiam existere inter ideas, inter ideas attributi et subjecti propositionis cujuslibet, est actus omnino simplex.

LECTIO QUARTA.

JUDICIA DIVERSA.

Judicium spectari potest ratione rei vel questionis judicatae vel ratione motivi in quo mens hominis nititur in judicando.

RATIONE FACULTATIS JUDICANTIS, JUDICIUM EST AUT LIBERUM AUT NECESSARIUM.

Judicium liberum est illud a quo mens abstinere potest. Judicium necessarium est illud a quo mens non potest abstinere, sed illud ad quod mens necessario impellitur.

EXEMPLA DE JUDICIO NECESSARIO.

Terra existit. Homo est mortalis. Animalia multa vivunt super terram.

EXEMPLA DE JUDICIO LIBERO.

America melior est quam Gallia. Educatio Americana est optima in toto mundo. Penna potentior est quam gladius.

JUDICIUM EST VEL PROBABILE VEL IMPROBABILE.

Judicium probabile fundatur in motivo gravi et est approbatione dignum. Judicium improbabile non est approbatione dignum, quia nititur in levi vel nullo motivo.

Ratione rei vel questionis judicatae, judicium est in ordine ad nos et judicium in ordine ad se.

Judicium de rebus in ordine ad nos est illud per quod enunciamus ret sicut illae nobis appareant.

EXEMPLA.

Haec poma nobis apparent esse bona. Terra nobis apparet stare. Judicium de rebus in ordine ad se est illud per quod declaramus res sicut illae in se sunt vel non sunt.

EXEMPLA.

Ferrum est substantia dura. Anima hominis non est vel aurea vel argentea substantia.

Ratione rei vel questionis judicatae, judicium est vel verum vel falsum. Judicium est verum quando aliquid est sicut mens realiter apprehendit atque pronunciat.

EXEMPLUM.

Praeses Americanus tenet officum per annos quatuor.

Judicium est falsum quando res non est in realitate sicut mens eam apprehendit et enunciat.

EXEMPLUM.

Unusquisque senator Americanus tenet officium per annos tres tantum.

Ratione motivi judicium est certum, incertum, evidens, non evidens, probabile, improbabile.

JUDICIUM CERTUM.

Judicium est certum quando nititur in motivo certo.

EXEMPLA.

Stellae saepe lucent per noctem in firmamento.

Circulus est figura rotunda. In utroque casu vel exemplo dato, homo habet evidentiam oculorum sicut motivum judicandi.

JUDICIUM INCERTUM.

Judicium est incertum quando nititur in motivo non certo sed incerto.

EXEMPLA.

Post electionem proximam in America, populi possint habere tempora meliora ; sic, enim, politici loquebantur.

Homines qui fidelissime laborant, recipiant optiman atque maximam remunerationem hoc in mundo, quia domini sui saepe dicebant, "operarium dignum esse mercede sua."

Judicium est evidens, quando perceptio de veritate vel falsitate propositionis alicujus, vel de convenientia aut disconvenientia subjecti et attributi, quarum aut plurium idearum, est omnino clara.

EXEMPLUM.

Lumen et calor veniunt a sole.

Judicium est non evidens, quando perceptio de veritate aut falsitate propositionis alicujus non est omnino clara.

EXEMPLUM.

Luna est corpus opacum.

Judicium probabile fundatur in motivo gravi vel probabili. Motivum grave vel probabile est motivum dignum approbatione.

EXEMPLUM.

Probabile est judicium nostrum de remedio medicinali, quando honesti et eruditi medici pronunciant illud remedium esse bonum vel optimum ad curandum.

Judicium improbabile fundatur in motivo levi vel improbabili. Motivum leve vel improbabile est motivum non dignum approbatione.

EXEMPLUM.

Improbabile est judicium nostrum affirmativum de recuperatione cujuslibet aegroti, quando medici docti putont illum aegrotum non posse convalescere.

LECTIO QUINTA.

PROPOSITIO SIMPLEX.

Propositio simplex est verbalis expressio judicii. Propositio est affirmativa quando judicium affirmativum exprimitur. Propositio est negativa quando judicium negativum exprimitur.

Propositio habet subjectum, capulam et attributum. Subjectum est illud de quo aliquid affirmatur vel negatur. Attributum est illud quod affirmatur vel negatur de subjecto. Capula

est illa vox quae jungit subjectum et attributum in propositione. Signum negationis est particula *non*.

Aliquoties unum verbum possit constituere propositionem.

EXEMPLA.

Licet. Lego. Pluit.
Lego est idem ac EGO SUM LEGENS.
Licet est idem ac RES LICITA EST.
Pluit est idem ac PLUVIA CADENS EST.

Propositio frequenter exprimitur in verbis duobis.

EXEMPLA.

Populi laborant. Juvenes rident. Aves volitant.

His in exemplis, verbum *laborant* exprimit simul copulam et attributum in una propositione dum verbum RIDENT exprimit copulam et attributum in altera propositione et verbum *volitant* exprimit copulam et attributum in ultima propositione.

Subjectum et astributum vocantur *termini* propositionis, quia terminant ideas aut apprehensiones et quia generaliter ponuntur in extremitatibus propositionis. Illi termini, subjectum et attributum, significant *materiam* propositionis, dum copula designat *forman* propositionis. *Forma* propositionis est negativa, quando particula *non* vel aliquid aequivalens ponitur cum copula. *Forma* propositionis est affirmativa, quando neque copula neque sententia tota habet particulam *non* vel aliquid aequivalens.

EXEMPLA.

DEUS EST OMNIPOTENTS. Forma hujus propositionis est affirmativa. Copula in hac propositione est verbum EST. Verbum DEUS est subjectum et verbum *omnipotens* est attributum.

Homo non est omnipotens. Forma hujus propositionis est negativa, quia particula NON adest cum copula EST. Verbum HOMO est subjectum et verbum OMNIPOTENS est attributum.

Propositio dicitur incompleta, quando vel subjectum vel copula vel praedicatum omittitur.

Propositio vocatur simplex, quando habet unum subjectum et unum attributum cum una copula.

Propositio habens plura subjecta et attributa plura cum copulis requisitis, vocatur propositio composita.

LECTIO SEXTA.

PROPOSITIO COMPOSITA.

Composita propositio definiri possit, propositio quae componitur ex aliis propositionibus.

Propositio composita dictur causalis, quando habet particulum quae significat causam vel rationem.

EXEMPLA.

Deus est omnipotens, quia creavit omnia.

Corpus humanum est mortale, nam illi moriendum est.

REGULA.

Causa vel ratio quae assignatur, debet esse vera cause vel ratio.

EXEMPLA CONTRA REGULAM.

Fredericus Baumberger est Americanus, quia nunc habitat in America. Discipuli omnes in collegio sunt nimis eruditi, nam habent professores doctos et libros magnos.

Propositio composita vocatur conjunctiva, quando particula conjungit simplices propositiones.

EXEMPLA.

Arbor est plena follis et hortus est plenus floribus.

Aves in aere volitant et animalia super terram ambulant.

Propositio composita vocatur disjunctiva, quando particula separat simplices propositiones.

EXEMPLA.

Conflagratio non est in rure, sed est in civitate.

Fidis minor (violin) non habet vocem humanam, sed potest fere cantare musicam quae pertineat ad "Star Spangled Banner" vel "Regina Coeli."

REGULAE PRO TALI PROPOSITIONE.

Unaquaeque simplex propositio debet esse vera. Quando una vel altera simplex propositio non est vera, tunc propositio composita neganda sit.

PROPOSITIO CONDITIONALIS.

Propositio composita vocatur conditionalis, quando continet particulam quae significat conditionem. Pars quae infertur ab antecedente dictur consequens vel conclusio.

EXEMPLA.

Si omnes operarii haberent opus amplum et magnam remunerationem, tempora essent bona. Si populi vellint esse felices, debent in omnibus rebus esse fideles.

PROPRIETATES PROPOSITIONUM.

Aequipollentia, convertibilitas et oppositio sunt proprietates propositionum.

Per aequipollentiam, universalis propositio reduci possit in particularem aut propositio particularis reduci possit in universalem, affirmativa propositio reduci possit in negativam.

Mutatio talis generaliter fit per negativam particulam NON, quae possit flectere sensum termini cui praefigitur.

REGULA PRIMA.

In contradictoriis, praepone hanc particulam subjecto.

EXEMPLA.

Omnis vir habet intelligentiam sanam. Praepone hanc particulam negativam et habebis alterum sensum in propositione. NON omnis vir habet intelligentiam sanan. *Haec ultima propositio contradicit primae.*

Nullus Americanus habet pecuniam. Non Nullus Americanus habet pecuniam : id est aliquis Americanus habet pecuniam.

REGULA SECUNDA.

In contrariis, postpone particulam negativam subjecto.

EXEMPLA.

Omnis avis cantat. Postpone particulan NON. Plures aves non cantant. Omnis avis non cantat.

CONVERTIBILITAS.

CONVERSIO SIMPLEX.

Convertibilitas est proprietas per quam una propositio possit converti in alteram per transpositionem attributi et subjecti. Talis conversio vocatur simplex conversio, quando quantitas propositionis non mutatur sed retinetur. In conversione simplici, totum attributum ponitur in loco subjecti atque totum subjectum ponitur in loco attributi.

Conversio simplex fieri possit in propositionibus *universalibus negativis* et in *particularibus affirmativis*, ponendo totum attributum in loco subjecti.

EXEMPLA.

Nullus equus est canis ; igitur, nullus canis est equus.

Aliquis vir sapiens fuit praeses Americae ; igitur, aliquis praeses Americae fuit vir sapiens.

CONVERSIO ACCIDENTALIS VEL SECUNDUM QUID.

Conversio per accidens vel secundum quid est ea per quam quantitas propositionis mutatur. In conversatione tali, propositiones universales tum affirmativae tum negativae mutari possint, ponendo attributum particulare in loco subjecti.

EXEMPLA.

Omnis arbor est substantia ; igitur, aliqua substantia est arbor.

Nullus vir est ens perfectum ; igitur, aliquod ens perfectum non est vir.

LECTIO SEPTIMA.

REGULAE PRO CONVERSIONE PROPOSITIONUM.

REGULA PRIMA.

Qualitas convertendae propositionis retineri debet in propositione conversa. Qualitas est affirmativa vel negativa.

Secundum hanc regulum, igitur, si convertenda propositio sit affirmativa, propositio conversa non potest esse negativa, sed affirmativa debet esse.

Praeterea, si convertenda propositio sit negativa, propositio conversa non potest esse affirmativa, sed negativa debet esse.

REGULA SECUNDA.

Nullus terminus debt esse latior in propositione conversa quam in propositione convertenda.

Conversio in exemplo sequente est contra regulam praecedentem et, igitur, falsa :—

Omnis vir Americanus est intelligens ; ergo, omnis vir intelligens est Americanus.

REGULA TERTIA.

Per conversion simplicem, propositio generalis negative converti potest, ponendo attributum in loco subjecti.

EXEMPLA.

Nullum flumen est pratum ; igitu, nullum pratum est flumen. Nulla stella est aquila ; igitur, nulla aquila est stella.

REGULA QUARTA.

Per conversionem accidentalem vel secundum quid, propositio generalis affirmativa potest converti, ponendo attributum particulare in loco subjecti generalis.

EXEMPLA.

Omnes Americani cives sunt viri ; igitur, aliqui viri sunt Americani cives.

Contra Regulam est hoc exemplum : Omnes Americani cives sunt viri ; igitur, omnes viri sunt Americani cives.

Conversio sequente in exemplo est conversio simplex quae non permittitur in propositione generali AFFIRMATIVA, nisi in materia necessaria et reciproca.

Omnis mortuus Canis fuit aliquando vivus; igitur, (non recte concluditur,) omnis vivus canis fuit aliquando mortuus.

Omnis mons est altior quam vallis; igitur, (non recte concluditur,) omnis vallis est altior quam mons.

Propositio generalis *negativa* potest proprie mutari (converti) per *conversionem simplicem*, sed *non* per *conversionem accidentalem* vel secundum quid E contrario, propositio generalis *affirmativa* potest, proprie mutari (converti) per *conversionem accidentalem* vel secundum quid, sed *non per conversionem simplicem*, nisi in materia necessaria et reciprocat

EXEMPLA DE MATERIA NECESSARIA.

Circulus omnis est figura rotunda; igitur, omnis figura rotunda est circulus.

Omne triangulum est figura habens tres angulos et latera tria; igitur, omnis figura habens latera tria et angulos tres triangulum est.

REGULA QUINTA.

Propositio particularis affirmativa potest proprie mutari (converti) per conversionem simplicem, ponendo attributum in loco subjecti.

EXEMPLA.

Aliqui Americani sunt justi; igitur, aliqui justi sunt Americani. Alique viri Americani sunt professores capaces et boni; igitur, aliqui professores capaces et boni sunt viri Americani.

REGULA SEXTA.

Propositio particularis negativa *non potest proprie mutari* (converti) vel in particularem vel in universalem propositionem, aut per accidentalem vel secundum quid aut per simplicem conversionem.

EXEMPLUM.

Aliqui cives Americani non sunt Germani; igitur, (*nec proprie concluditur*,) aliqui Germani non sunt cives Americani; nec proprie concluditur, nulli Germani sunt cives Americani.

REGULA SEPTIMA.

In propria conversione propositionum, attributum VERUM detegi vel inveni debet, alioquin conversio possit esse falsa.

OPPOSITIO.

Oppositio est proprietas per quam propositiones differunt in quantitate vel in qualitate vel in utraque.

Oppositio quae vocutar MINIMA est ea per quam duae propositiones differunt in quantitate tantum.

EXEMPLA.

Omnes angeli sunt beati. Diabolus non est beatus.

Nullus homo est bonus. Aliqui homines sunt boni. Oppositio quae vocatur *maxima* est logica.

Oppositio logica est ea per quam duae propositiones differunt in quantitate et in qualitate. Per logicam oppositionem una propositio possit esse universalis et altera particularis, una propositio possit esse affirmativa et altera negativa.

EXEMPLUM.

Omnis candela dat lumen. Aliqua candela non dat lumen.

Tales vocantur contradictoria propositiones.

Quando una contradictoria propositio est falsa, altera debet esse vera; quando una est vera, altera debet esse falsa. Sequitur enim ex illa duplici differentia, nempe, in quantitate et in qualitate, ut id quod affirmatur ab una negatur ab altera et id quod negatur ab una propositione affirmatur ab altera propositione.

LECTIO OCTAVIA.

QUANTITAS ET QUALITAS.

Quantitas propositionis est extensio propositionis ad res plures vel pauciores. Quantitas pertinet ad subjectum propositionis.

Ratione quantitatis, propositio fit vel universalis vel particularis vel singularis vel indefinita. Vox *omnis* aut *nullus* est signum pro universali propositione. *Vox aliquis* est signum pro particulari propositione.

Singularis propositio habet subjectum singulare. Indefinita propositio habet subjectum indefinitum.

EXEMPLA.

UNIVERSALES PROPOSITIONES.

Omnis homo est mortalis. Nullus diabolus est bonus.

PARTICULARES.

Aliquis mentitus est. Aliqui viri sunt albi.

SINCULARES.

Marcus habet pecuniam. Abraham Lincoln occisus est in feria sexta.

INDEFINITAE PROPOSITIONES.

EXEMPLA.

Populi divitias amant. Professor possit amovere difficultatem.

QUALITAS.

Qualitas propositionis generalites pertinet ad praedicatum. Qualitas propositionis est ejus affirmatio vel negatio, veritas vel falsitas, obscuritas vel ambiguitas.

Affirmativa propositio est illa in qua alivuid affirmatur.

EXEMPLUM.

Officium Praesidentis Americani est primum in potestate atque altissimum in honore.

Negativa propositio est illa in qua aliquid negatur.

EXEMPLUM.

Homo non est omnipotens.

Propositio vera declarat rem sicut res est.

EXEMPLA.

In bello civili fuit multum crudelitatis. Multi homines falsi et injusti sunt.

Propositio falsa non declarat rem, sicut res est.

EXEMPLA.

Nemo requirit pecunium vel scientiam in hac vita.

Omnis homo dives est.

Ambigua propositio habet vel duplicem vel multiplicem sensum.

EXEMPLA.

Ille fuit leo invincibilis pro vicinis.

Aquila Americana habet magnam potestatem et regit omnes partes hujus terrae cum oculo semper vigilante et providente pro suo bono.

Propositiones vocantur contradictoriae, quando earum una dicit praecise quod sufficit ad refutandam alteram.

EXEMPLA.

Omnis curia judicat secundum veritatem et justitiam. Aliqua curia non judicat secundum veritatem. Aliqua curia judicat contra justitiam. Aliquae curiae judicant secundum falsum testimonium et excludunt veritatem.

Propositiones sunt contrariae, quando earum una dicit plus quam necessarium est ad refellendam alteram.

EXEMPLUM.

Omnis homo est bonus. Nullus homo est bonus.

Propositio in verbis expressa, nuncupatur ratiocinium.

LECTIO NONA

RATIOCINIUM.

Ratiocinium est mentis actus per quem proposito una deducatur ex alia propositione vel ex propositionibus pluribus.

Ratiocinium appellatur mentale quando non exprimitur. Ratiocinium dicitur verbale vel orale quando in verbis exprimitur.

Ratiocinium saepe vocatur discursas, quia mens humana discurrit vel per discursum procedit a cognito ad incognitum vel ab admissio ad minus cognitum.

Ratiocinium est mediatum, quando fit comparatio duarum idearum cum idea tertia. Ratiocinium est immediatum, quando non fit comparatio talis vel, quando propositio una statim deducitur ex altera, sine comparatione duarum ideraum cum idea tertia.

EXEMPLUM.

Benjamin Harrison expiravit in die 13 Martii, 1901; ergo, nunc non vivit in America sicut civis Americanus.

In ratiocinio completo, sunt antecedens, consequens et connexio vel vinculum. Antecedens est illa pars ex qua conclusio vel consequens deducatur. Conclusio vel consequens est illa pars quae sequatur vel deducatur ex antecedente. Connectio vel vinculum conjungit antecedens cum consequente vel conclusione. Vocabulum *ergo* vel ejus aequivalens est vinculum illud.

Ratiocinium completum et in verbis expressum vocatur argumentum. In argumento, illa propositio, quae est probanda, vocatur *quaestio*. Quando haec *quaestio* probatur, tunc appellatur conclusio vel consequens.

LECTIO DECIMA.

ARGUMENTUM.

Sicut jam dictum est, argumentum est ratiocinium in verbis expressum. Praeterea, argumentum in uno sensu est illud quod

aut dictum aut scriptum est vel pro propositione vel contra propositionem. Argumentatio est actus argumentandi.

Argumentum habet originem suam ex Graeco verbo ARGOS (argos-e-on) quod significat lucidum vel clarum. Arguere vel argumentare, proinde, sumitur in sensu facciendi vel reddendi propositionem lucidam aut claram. Propositio quae clarificanda est per argumentationem vocatur QUESTIO. Haec questio dicitur CONCLUSIO, quando probata fuit.

Propositiones ex quibus deducitur conclusio vocantur PRAE MISSAE, quia praemittuntur conclusioni, id est, propositiones *prae m ssae* vel *prae. positae*. Prima harum propositionum appellatur MAJOR, secunda vocatur MINOR. Illae propositiones tres, nempe, major, minor et conclusio constituunt argumentum quod vocatur syllogismus.

LECTIO UNDECIMA

SYLLOGISMUS IN GENERALI.

Argumenti species principalis est Syllogismus, ad quem alia argumenta reduci possint. Syllogismus, proprius est argumentum quod componitur ex propositionibus tribus ita dispositis ut ex duabus prioribus tertia propositio necessario sequatur vel deduci possit.

PROXIMA ET REMOTA MATERIA SYLLOGISMI.

Illae tres propositiones appellantur materia proxima syllogismi. Termini harum trium propositionum vocantur materia remota syllogismi.

LOGICA FORMA SYLLOGISMI.

Logica forma syllogismi est propria dispositio materiae proximae et remotae in ordine apto ad concludendum. Logica forma proxima est propria dispositio propositionum. Logica forma remota est propria dispositio verborum vel terminorum.

TERMINI. PRINCIPALES.

Syllogismus habet tres terminos distinctos et principales, qui vocantur majus extremum, minus extremum et medius

terminus. Haec duo extrema exprimunt ideas vel apprehensiones quae comparandae sint cum alia tertia idea contenta in medio termino, qui tenet medium locum inter extrema. Medius terminus apparet in majore et in minore, sed non in conclusione. Major et minor appellantur praemissae syllogismi.

MAJOR ET MINOR.

Propositio continens majus extremum appellatur major. Propositio continens minus extremum dicitur minor. Generaliter loquendo, major est prima propositio et minor est secunda propositia syllogismi. Aliquoties, tamen, hic ordo mutatur.

Quando praemissae, vel major et minor, sunt verae et in ordine proprio ita dispositae ut conclusio juste et vere sequatur ex eis, tunc syllogismus dicitur materialiter et formaliter verus, vel verus et legitimus in materia et in forma.

LECTIO DUODECIMA.

REGULAE SYLLOGISMI DEDUCTIVI.

1. "Terminus esto triplex, medius majorque minorque.
2. Latius hunc quam praemissae conclusio non vult.
3. Nequaquam medium capiat conclusio oportet.
4. Aut semel aut iterum medius generaliter esto
5. Utraque si praemissa neget, nihil inde sequetur.
6. Ambae affirmantes nequeunt genere negantem.
7. Nil sequitur geminis ex particularibus unquam.
8. Pejorem sequitur semper conclusio partem."

Secundum scriptores plurimos, Aristoteles fuit auctor regularum supra datarum. Ille fuit praeceptor Alexandri Magni et fundator Peripateticorum.

LECTIO TERTIA DECIMA.

REGULARUM EXPLICATIO BREVIS.

"Terminus esto triplex, medius majorque minorque."

De regula prima. — Termini tres. sed non plures, in syllogismo debent esse. Illi termini sunt principales atque

distincti et requiruntur ad comparationem trium idearum in syllogismo proprio. Extrema duo, majus extremum et minus extremum, cum termino medio comparanda sunt, ut eorum convenientia inveniri possit. Si extremum unum comparetur cum termino uno et si extremum alterum comparetur cum termino altero, nihil inde logice concludi possit, quia termini quatuor tunc essent in syllogismo tali.

EXEMPLUM.

Omne templum habet proprium tectum: atqui, omnis domus habet propriam fenestram; ergo, omnis domus est templum.

Hoc in exemplo, sunt quatuor termini, nempe, *templum*, *tectum*, *domus*, *fenestra*. Conclusio talis est contra regulam.

"Latius hunc quam praemissae conclusio non vult."

De regula secunda.—Nullus terminus debet esse latior in conclusione quam in praemissis. Si terminus aliquis latior sit in conclusione quam in praemissis, conclusio contineret aliquod non contentum in praemissis. Quia conclusio deducitur ex praemissis, nihil en ea debet esse quod non fuerit in praemissis. Si, tamen, terminus aliquis latior sit in conclusione, ille terminus non est idem ac terminus qui sumitur in praemissis atque tunc essent, saltem in sensu, plures termini quam tres in syllogismo tali.

EXEMPLUM.

Omnis arbor habet ramos: atqui, omnis arbor est substantia; ergo, omnis substantia habet ramos.

Hoc in exemplo, vox substantia sumitur in sensu duplici, quia habet sensum particularem in minore atque sensum universalem in conclusione. In minore, vox substantia est attributum propositionis affirmantis et in conclusione est subjectum propositionis universalis. Sumitur, ergo, contra regulan in sensu latiore in conclusione quam in praemissis.

Attributum propositionis affirmativae est particulare.

Subjectum propositionis universalis est universale.

"Nequaquam medium capiat conclusio oportet."

De regula tertia. Conclusio non debet comparare medium terminum cum extremis duobus, sed conjungit extrema per affirmationem vel separat extrema per negationem, comparatione duorum extremorum cum termino medio prius *facta in praemissis*.

EXEMPLUM.

Omnis pecunia bona est utilis : atqui, argentum est pecunia bona ; ergo, argentum est pecunia utilis.

Hoc in exemplo, verbum pecunia non esse debet in conclusione, quia contra regulam est. Repetitio talis in argumentando, saepe producit obscuritatem et conclusionem falsam.—Conclusio debet esse haec : ergo, agentum est utile.—

"Aut semel aut iterum medius generaliter esto."

De regula quarta. Terminus medius saltem semel generaliter sumi debet in alterutra praemissarum. Si terminus medius particulariter sumatur in utraque praemissa, termini quatuor essent in syllogismo tali.

EXEMPLUM.

Homo est animal : atqui, canis est animal ; ergo, canis est homo.

Hoc in exemplo, conclusio non est vera, quia comparatio extremorum fit cum duobus terminis diversis. Medius terminus in majore significat unam speciem animalis et alteram speciem animalis in minore.

Cavendum est ne medius terminus sit aequivocus. Quando medius terminus adhibetur in sensu duplici vel multiplici, tunc aequivalet duobus aut multis terminis.

Propositiones seorsum sumptae, possunt esse verae : sed, conjunctive positae in syllogismo, non possunt semper producere conclusionem legitimam in materia.

Contra regulam quartam objicitur syllogismus talis qualis hic sequitur:—"Quidam homines sunt albi: atqui, Americani sunt homines ; ergo, Americani sunt albi."

Objectores docent illum syllogismum esse legitimum, dum terminus medius, *homines*, bis particulariter sumitur.

RESPONSUM AD HANC OBJECTIONEM.

Non sequitur Americanos esse albos, quia quidam homines albi sunt. Etenim, homines possunt esse inter Americanos, et in veritate sunt inter Americanos homines multi, qui non sunt albi sed nigri. Syllogismus praecedens non est verus, sed falsus in materia.

Praeterea, syllogismus datus ut objectio contra regulam quartam non est verus in forma, quia verbum *Americanus* in conclusione sumitur in sensu generali, dum praemissae habent hoc idem verbum *tantum semel* in generali sensu. Quando, vero, unicus terminus generalis in praemissis apparet, conlusio nullum terminum generalem continere debet. Unum principium syllogisticum est hoc :—In praemissis debent esse plures termini generales quam in conclusione. Quare, quando unicus terminus generalis apparet in praemissis, nullus debet esse terminus generalis in conclusione, alioquin conclusio est falsa in forma.—Haec est regula pro forma vera ; "Aut semel aut iterum medius generaliter esto." In objecto exemplo, medius sumitur bis in *sensu particulari*.

Syllogismus, igitur, supra datus, ut exemplum contra regulam quartam, non valet ut objectio, quia falsus est in materia et in forma. Ut conclusio, sit legitima, hic applicari possit Regula octava, nempe, "Pejorem sequitur semper conclusio partem."

"Utraque si praemissa neget, nihil inde sequetur." De regula quinta :—Nihil concludi potest ex duabus praemissis negativis. Quando praemissae negant, evidens est extrema duo non convenire cum termino medio. Concludi non potest, igitur, haec duo extrema congruere vel disconvenire inter se. In conclusione vera, tamen, debet esse vel convenientia vel disconvenientia inter extrema. Falsa est conclusio quae nullam talem congruentiam aut repugnantiam continet.

Principium logicum est hoc :—"Ex eo quod duo non conveniunt cum uno tertio non concludi potest quod haec eadem duo conveniant vel disconveniant inter se."

EXEMPLUM CONTRA REGULAM.

Aurum non est lignum : Atqui, arbor non est aurum ; ergo, arbor non est lignum.

Evidens est conclusionem esse falsam.

EXEMPLUM ALIUD ATQUE MAGIS DIFFICILE.

Domus Alberti non est aequalis domui Solomonis : Atqui, domus Caroli non est aequalis domui Solomonis ; ergo, domus Alberti non est aequalis domui Caroli.

Conclusio, hoc in exemplo, non est vera, quia domus Alberti atque domus Caroli possint aequales esse, una alteri, sub respectibus paucis vel multis, etiamsi non sint aequales vel neutra sit aequalis domui Solomonis. Hoc in syllogismo datur defectus tam in materia quam in forma.

"Ambae affirmantes nequeunt generare negantem."

De regula sexta :—Quando praemissae sunt affirmativae, conclusio debet esse affirmativa. Ex eo quod extrema duo conveniunt cum termino medio, conveniunt inter se, secundum axioma logicum sequens :—"Quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se."

EXEMPLUM.

Omnes homines amant pecuniam : atqui, Christiani sunt homines ; ergo, Christiani amant pecuniam.

Conclusio falsa est in exemplo sequente :—

Omne homines amant pecuniam : atqui, Christiani sunt homines ; ergo, Christiani non amant pecuniam.

"NIHIL SEQUITUR GEMINIS EX PARTICULARIBUS UNQUAM."

De regula septima. Aut ambae praemissae particulares affirmant aut una praemissa affirmat et altera negat.

Quando ambae particulares affirmant, nihil logice concludi potest, quia tunc propsitiones ambae, nempe, major et minor,

habent subjecta et attributa particularia cum *termino medio bis particulariter sumpto.* In syllogismo tali, conclusio non est legitima, quia est contra regulam quartam. Haec est regula quarta : "Aut semel aut iterun *medius generaliter esto.*"

EXEMPLUM.

In America, quidam cives sunt Germania : atqui, in America quidam cives sunt Italiani ; ergo, in America quidam Germani sunt Italiani.

Hoc in exemplo, conclusio est falsa, ut evidens est.

Quando praemissae sunt negativae, conclusio legitima non sequitar ex eis, juxta regulam quintam. Haec est regula quinta : "Utraque si praemissa neget, nihil inde sequetur."

Quando praemissarum particularium una est affirmativa et altera negativa, nihilum legitime concludi potest, quia in duabus praemissis particularibus, quarum una est affirmativa et altera negativa, est unicus terminus generalis vel universalis, nempe, attributum praemissae negativae. Sed secundum regulam quartam, medius terminus debet saltem semel generaliter sumi in alterutra praemissarum, ut essent in praemissis saltem duo termini generales aut universales. Principum logicum requirt ut essent plures termini generales vel universales in praemissis quam in conclusione. Medius terminus non debet esse in conclusions, secundum regulam sequentem : "Nequaquam medium capiat conclusio oportet."

EXEMPLUM.

Quidam Americani sunt divites : atque, quidam homines non sunt divites : ergo, quidam Americani non sunt homines.

Conclusio non est vera, sicut es evidens.

"PEJOREM SEQUITUR SEMPER CONCLUSIO PARTEM."

De regula Octava. Quando una praemissarum est negativa et altera est affirmativa, conclusio debet esse negativa. Quando una praemissarum est particularis et altera generalis, conclusio debet esse particularis. Si praemissa una sit negativa et

altera sit affirmativa, extremum unum convenit et alterum non convenit cum termino medio. In conclusione, igitur, haec extrema duo separanda sunt per negationem ; ergo, conclusio debet esse negativa.

EXEMPLUM.

Omnis bonus discipulus est studiosus ; atqui, Carolus non est studiosus ; ergo, Carolus non est bonus discipulus.

Si praemissarum una sit universalis affirmativa et altera particularis affirmativa, conclusio debet esse particularis affirmatima. Quando, enim, terminus medius tantum semel generaliter sumitur et quando unicus terminus generalis est in praemissis, nullis generalis terminus in conclusione debet esse, quia in praemissis debent esse plures termini generales quam in conclusione ; igitur, conclusio debet esse particularis affirmativa.

EXEMPLUM.

Omnes Americani sunt homines rationales : atqui, quidam homines rationales sunt eruditi atque honesti ; ergo, omnes Americani sunt eruditi atque honesti.

Hoc in exemplo, conclusio non est vera, quia non est particularis. Conclusio debet esse haec ; ergo, Americani quidam sunt eruditi atque honesti. Pro syllogismo proprio, principium sequens hic addi possit :—

"Una praemissarum debet conclusionem continere dum altera manifestat conclusionem esse contentam."

EXEMPLUM.

Omne vitium est malum : atqui, furandum est vitium ; ergo, furandum est malum.

Quando praemissarum una est negativa, sive sit major sive sit minor, et altera est affirmativa, tunc praemissa negativa debet conclusionem continere dum affirmativa declarat conclusionem contentam esse.

EXEMPLUM.

Homines vitiosi non sunt beati : atqui, Judas est vitiosus ; ergo, Judas non est beatus.

LECTIO QUARTA DECIMA.

SYLLOGISMORUM SPECIES.

Syllogismus vocatur simplex, quando extrema comparantur cum termino medio in praemissis quae sunt propositiones simplices

EXEMPLUM.

Pecuniae species omnis est bona : atqui, argentum est pecuniae species ; ergo, argentum est bonum.

Syllogismus est compositus, quando ejus major compontur ex aliis propositionibus. Quando major est propositio conditionalis, tunc syllogismus dicitur conditionalis. Illa pars quae continet conditionem vocatur antecedens et altera pars appellatur consequens.

Quando antecedens conceditur in minore, consequens affirmari debet in conclusione. Quando antecedens negatur in minore, consequens negari debet in conclusione. Pro syllogismo conditionali, duo haec sunt principia logica. "VERUM PRIUS, VERUM POSTERIUS. FALSUM PRIUS, FALSUM POSTERIUS."

EXEMPLA.

Si omnes legislatores Americani sint justi homines, boni cives in America habebunt leges justas : atqui, omnes legislatores Americani sunt homines justi ; ergo, boni cives in America justas leges habebunt. Praecedens syllogismus habet formam logicam, sed non materiam logicam in minore propositione quae negari possit, quia non est vera in facto.

Si omnes legislatores atque judices Americani non sint boni et justi, boni cives non recipient justitiam : atqui, omnes legislatores atque judices Americani non sunt boni et justi ; ergo,

boni cives non recipient justitiam. Syllogismus praecedens habet formam et materiam logicam.

SYLLOGISMUS CONJUNCTIVUS.

Syllogismus vocatur conjunctivus, quando ejus major est propositio conjunctiva negans.

In syllogismo conjunctivo, major ostendit ejus attributa duo non posse simul convenire cum eodem subjecto. Ideo, quando attributum unum affirmatur alterum negari debet.

EXEMPLUM.

Mandata Dei non possunt simul esse justa et injusta : atqui, mandata Dei sunt justa ; ergo, non sunt injusta.

Quando, vero, attributum unum negatur in minore, alterum non legitime affirmatur in conclusione, quia major non enunciat alterutrum attributum necessario convenire cum subjecto.

EXEMPLUM.

Nulli populi possunt simul servire Deo veritatis et caritatis atque servire Diabolo mendaciorum et crudelitatis : atqui, Indiani Americani non serviunt Diabolo mendaciorum et crudelitatis ; ergo, Indiani Americani serviunt Deo veritatis et caritatis.

Conclusio non est legitima hoc in syllogismo, sicut est evidens.

SYLLOGISMUS DISJUNCTIVUS.

In syllogismo disjunctivo, major est propositio habens partes duas vel plures et incompatibiles per unam aut plures ex particulis, *vel*, *aut*, *sive*, *nec neque*, disjunctas.

Quando major habet partes duas, regula haec est sequenda : Quando una pars affirmatur in minore, pars altera negari debet in conclusione.

EXEMPLUM.

America est vel admiranda vel contemnenda : atqui, admiranda est ; ergo, non contemnenda est.

Regula 2. Quando pars una negatur in minore, pars altera affirmari debet in conclusione.

EXEMPLUM.

Ignorantia est aut amovenda aut retinenda : non est retinenda ; ergo, est amovenda.

Quando major habet partes plures, observanda est regula sequens :—

Una parte affirmata in minore, aliae partes negari debent in conclusione ; una parte negata in minore, aliae partes affirmari debent in conclusione ; omnibus partibus, praeter unam, affirmatis in minore, haec una debet negari in conclusione ; omnibus partibus, praeter unam, negatis in minore, haec una pars debet affirmari in conclusione.

EXEMPLA DUO.

Populi sunt aut boni aut mali aut indifferentes : atqui, sunt indifferentes ; ergo, non sunt aut boni aut mali.

Aut Italiani aut Germani aut Anglicani aut Americani sunt praestantissimi : atqui, neque Italiani neque Germani neque Galli neque Anglicani sunt praestantissimi ; ergo, Americani sunt praestantissimi.

Ut conclusio legitima sit in syllogismo tali, requiritur ut nullum alium medium sit inter membra vel partes propositionis disjunctivae. Aliis in verbis, quando disjunctio non est completa inter membra in majore, conclusio non est legitima.

EXEMPLUM.

Pretium calceamentorum solvendum est vel in auro vel in argento vel in cupro ; atqui, Carolus habet neque aurum neque argentum neque cuprum ; ergo, Carolus non potest solvere pretium calceamentorum.

Hoc in exemplo, conclusio non est legitima, sed falsa, quia sunt alia media quae nominari possint in majore, nempe, chartaria pecunia, (paper money,) labor, mercimonium alterius generis.

LECTIO QUINTA DECIMA

SORITES.

Sorites est argumentum constans ex propositionibus ita dispositionis ut attributum praecedentis fieri possit subjectum sequentis donec subjectum propositionis primae jungatur cum attributo propositionis ultimae.

EXEMPLUM.

Homines ditissimi habent magnam solicitudinem : qui magnam solicitudinem habent non sunt contenti in animo : qui non sunt contenti in animo non sunt felices ; ergo, homines ditissimi non sunt felices.

REGULA PRO ARGUMENTO TALI.

Propositio nulla sumenda sit in sensu aequivocali.

EXEMPLUM CONTRA REGULAM.

Populi qui abundanter edunt et bibunt bene dormiunt ; qui bene dormiunt neque cogitant neque faciunt malum : qui neque cogitant neque faciunt malum non peccant : qui non peccant, sunt omnino innocentes : qui sunt omnino innocentes sunt digni beatitudine coelesti ; ergo, populi qui abundanter edunt et bibunt digni sunt beatitudine coelesti.

LECTIO SEXTA DECIMA.

ENTHYMEMA.

Enthymema est argumentum in quo major aut minor non exprimitur sed manet in mente.

EXEMPLUM.

Sapientia est bona ; ergo, sapientia est appetenda.

Enthymema subjicitur legibus syllogismi. Causa brevitatis, enthymema generaliter adhibetur in loquendo atque scribendo.

Enthymema includit argumenta quae vocantur *a pari*, *a fortiori*, *e contrario*.

EXEMPLA.

A PARI.

Professor amavit Carolum, quia Carolus fuit nimis obediens et studiosus in collegio ; ergo, *a pari*, professor amavit Albertum.

A FORTIORI.

Oppidi populatio est magna : ergo, *a fortiori*, populatio civitatis est magna.

E CONTRARIO.

Justitia promovet aliquos ad divitias et honorem ; ergo, *e contrario* injustitia reducit multos ad paupertatem et ruinam.

LECTIO SEPTIMA DECIMA.

EPIKEIREMA.

Epikeirema est argumentum in quo major aut minor habet suam probationum immediate conjunctam.

EXEMPLUM.

Licet pro pecunia laborare, quia pecunia necessaria est ad solvendas expensas vivendi hoc in mundo ; atqui, Georgius vult honeste atque decenter vivere hoc in mundo ; ergo, Georgio licitum est pro pecunia laborare.

In epikeiremate, praemissae ambae possint habere suas probationes immediate conjunctas. Argumentum tale mutari potest in syllogismos simplices, qui tunc subjacent regulis jam datis pro syllogismo in generali.

LECTIO OCTAVA DECIMA.

DILEMMA.

Dilemma est argumentum cujus major est propositio disjunctiva quae habeat membra duo sibi contradictoria. In dilemmate, aliquid contra personam opponentem semper concludi possit.

EXEMPLUM.

Qui tenent officium publicum agunt vel secundum leges vel contra leges : si agant contra leges dant offensionem hominibus justis ; si agant secundum leges dant offensionem hominibus injustis ; ergo, qui tenent officium publicum dant offensionem, sive agant secundum sive agant contra leges.

REGULA PRO DILEMMATE.

Ut conclusio sit legitima, propositio disjunctiva debet esse completa et medium nullum admittere.

LECTIO UNDEVIGESIMA.

Principia recte ratiocinandi.

PRINCIPIUM REALITATIS.

Ab esse ad posse valet illatio vel conclusio.

PRINCIPIUM POSSIBILITATIS.

A posse ad esse non valet illatio vel conclusio.

PRINCIPIUM IDENTITATES.

Quidquid est, est.

PRINCIPIUM CONTRADICTIONIS.

Idem non potest esse simul et non esse.

PRINCIPIUM EXCLUSI MEDII.

Aliquid aut est aut non est.

PRINCIPIUM CONVENIENTIAE. (AGREEMENT.)

Quae conveniunt uni tertio conveniunt inter se.

PRINCIPIUM DISCONVENIENTIAE.

Quae non conveniunt uni tertio non conveniunt inter se.

EFFECTUS ET CAUSA.

Sine causa non datur effectus.

In generali, eadem causa producit eumdem effectum.

Ea habenda est ut causa, quae quando adest, effectus adest, et quae quando abest, effectus abest.

RATIO SIMILIS.

Simile judicium formandum est, ubi ratio similis vel eadem adest.

AD ANTECEDENS RATIOCINARI LICET.

Ex veritate consequentis, ad veritatem antecedentis ratiocinari licet.

Ex falsitate consequentis, ad falsitatem antecedentis ratiocinari licet.

PROPOSITIONES CONTRADICTORIAE.

Quando adhibentur duae propositiones, quarum una contradicit alteri ; sequitur veritas unius ex falsitate alterius propositionis ; et, ex veritate unius, sequitur falsitas alterius propositionis.

PROPOSITIONES CONTRARIAE.

Ex veritate unius propositionis contrariae sequitur falsitas alterius.

Ex falsitate unius propositionis contrariae non sequitur veritas alterius.

Propositiones appellantur contrariae, quando earum una dicit plus quam necessarium est ad refutandam alteram.

EXEMPLUM.

Omnes Americani sunt divites. Nullus Americanus est dives.

Propositiones appellantur contradictoriae, quando earum una dicit satis vel quod praecise sufficit ad refutandam alteram.

EXEMPLUM.

Omnes Americani sunt divites. Quidam Americani non sunt divites. Vel, unus Americanus non est dives.

NON OMNE DEMONSTRANDUM.

Omnia nec possunt nec requirunt demonstrari.

NON OMNE DEFINIENDUM.

Nec omnis res nec omnis apprehensio rei est definienda.

Sunt res et apprehensiones vel conceptus rerum ita intelligibiles ut non egeant definitione stricta. Tales res et appre-

hensiones satis evidentes sunt per earum naturam et attributa vel per earum causam et effectum.

DE TOTO ET PARTE.

Quidquid universaliter negatur de re, negari potest de parte rei ejusdem.

Quidquid affirmatur universaliter de re, affirmari potest de parte rei ejusdem.

ENTITAS REI.

Materia et forma constituunt entitatem rei.

VERITAS LOGICA.

Veritas logica pertinet ad propositiones et argumentum.

PROPOSITIO VERA.

Propositio vera declarat rem sicut rest est.

PROPOSITIO FALSA.

Propositio falsa non declarat rem sicut res est, vel declarat rem aliter ac res est.

LECTIO VIGESIMA.

EXPLICATIO VERBORUM.

AXIOMA.

Axioma est veritas per se evidens et non egens probatione, Axiomata sunt prima principia. Axioma potest assumni ut aliquid verum.

Axiomata, sicut propositiones omnino verae, possunt adhiberi ad alias propositiones probandas. Axioma derivatur ex Graeco verbo *axioein* quod significat digne cogitare vel recte ratiocinari.

FALACIA.

Fallacia est error in ratiocino vel in ratiocinando.

ERROR.

Error est diviatio a veritate ; vel, est assensus falsitati.

FALSITAS.

Falsitas est declaratio opposita veritati.

IGNORANTIA.

Ignorantia est vel carentia cognitionis vel defectus in aliqua parte cognitionis.

DUBIUM.

Dubium est haesitatio mentalis inter assensum atque dissensum de veritate vel falsitate propositionis.

OPINIO.

Opinio est assensus mentalis datus propositioni propter aliquam causam vel rationem.

ACCIDENS.

Accidens indiget re cui inhaerere possit.

DEFINITIO.

Definitio rei vel verbi est explicato rei vel verbi ejusdem. Definitio sumpta in sensu lato vocatur discripio. Definitio sumpta in sensu stricto habetur quando res explicatur per genus atque differentiam propriam.

ESSENTIA.

Essentia rei est collectio proprietatum essentialium. Essentia rei saepe nuncupatur natura.

NATURA.

Natura saepe exprimit rem cum omnibus ejus proprietatibus essentialibus et accidentalibus.

Aliquando, tamen, natura significat creationem totam vel totam collectionem entium existentium.

PROPRIETAS.

Proprietas vocatus etiam attributem vel qualitas rei. Attributa sunt vel proprietates vel accidentia vel qualitates rei. Attributa sunt vel accidentalia vel essentialia. Attributa essentialia sunt illa sine quibus res particularis non potest esse. Attributum accidentale est illud sine quo res potest esse.

hensiones satis evidentes sunt per earum naturam et attributa vel per earum causam et effectum.

DE TOTO ET PARTE.

Quidquid universaliter negatur de re, negari potest de parte rei ejusdem.

Quidquid affirmatur universaliter de re, affirmari potest de parte rei ejusdem.

ENTITAS REI.

Materia et forma constituunt entitatem rei.

VERITAS LOGICA.

Veritas logica pertinet ad propositiones et argumentum.

PROPOSITIO VERA.

Propositio vera declarat rem sicut rest est.

PROPOSITIO FALSA.

Propositio falsa non declarat rem sicut res est, vel declarat rem aliter ac res est.

LECTIO VIGESIMA.

EXPLICATIO VERBORUM.

AXIOMA.

Axioma est veritas per se evidens et non egens probatione, Axiomata sunt prima principia. Axioma potest assumni ut aliquid verum.

Axiomata, sicut propositiones omnino verae, possunt adhiberi ad alias propositiones probandas. Axioma derivatur ex Graeco verbo *axioein* quod significat digne cogitare vel recte ratiocinari.

FALACIA.

Fallacia est error in ratiocino vel in ratiocinando.

ERROR.

Error est diviatio a veritate ; vel, est assensus falsitati.

FALSITAS.

Falsitas est declaratio opposita veritati.

IGNORANTIA.

Ignorantia est vel carentia cognitionis vel defectus in aliqua parte cognitionis.

DUBIUM.

Dubium est haesitatio mentalis inter assensum atque dissensum de veritate vel falsitate propositionis.

OPINIO.

Opinio est assensus mentalis datus propositioni propter aliquam causam vel rationem.

ACCIDENS.

Accidens indiget re cui inhaerere possit.

DEFINITIO.

Definitio rei vel verbi est explicato rei vel verbi ejusdem. Definitio sumpta in sensu lato vocatur discripio. Definitio sumpta in sensu stricto habetur quando res explicatur per genus atque differentiam propriam.

ESSENTIA.

Essentia rei est collectio proprietatum essentialium. Essentia rei saepe nuncupatur natura.

NATURA.

Natura saepe exprimit rem cum omnibus ejus proprietatibus essentialibus et accidentalibus.

Aliquando, tamen, natura significat creationem totam vel totam collectionem entium existentium.

PROPRIETAS.

Proprietas vocatus etiam attributem vel qualitas rei. Attributa sunt vel proprietates vel accidentia vel qualitates rei. Attributa sunt vel accidentalia vel essentialia. Attributa essentialia sunt illa sine quibus res particularis non potest esse. Attributum accidentale est illud sine quo res potest esse.

GENUS.

Genus est collectio rerum vel entium quae habent attributum unum (vel attributa plura) per quod sibi conveniunt atque junguntur in collectione. Genus aliquando sumitur pro attributo communi rebus vel entibus collectionis ejusdem.

SPECIES.

Species est pars vel divisio generis. Summa vel collectio generalis quae nuncupatur genus dividi potest in collectiones alias quae vocantur species. Proinde, genus applicatur ad collectionem generalum dum species applicatur ad collectionem particularem vel ad collectionem illam quae est pars vel divisio collectionis generalis.

EXEMPLA.

Arbor est genus quando sumitur in generali vel ut collectio generalis omnium arborum. Quando, vero, arbor ut genus dividitur in collectiones duas, nempe, in quercum et fagum, tunc fagus et quercus, ut partes vel divisiones illius collectionis generalis vel generis, sunt species.

Quercus potest esse genus, si sumatur pro quercubus omnibus vel ut generalis collectio quercuum omnium. Quercus potest esse species, quando ut genus dividitur in quercum albam, in quercum nigram, in quercum vivam, quia divisiones illae sunt partes speciales generis vel collectionis generalis. Quare, species designat partem vel specialem divisionem collectionis generalis vel generis.

DIFFERENTIA.

Quia species diversae sunt, differunt, una ab altera, propter aliquid. Id per quod species distinguuntur vel differunt, generaliter inveniri possit in attributo vel in qualitate species cujustibet. Attributum hoc vel qualitas haec vocatur differentia. Proinde, differentia est attributum per quod una species vel una res distinguitur ab altera. Praeterea, differentia est exclusio identitatis, vel qualitas excludens identitatem et pro-

ducens diversitatem vel in rebus vel in generibus et speciebus rerum.

Differentia vocatur propria quando per illam una res differt vel distinguitur ab omnibus aliis.

INDIVIDUUM.

Seorsusum vel separatim sumpto, individuum est illud ens quod per genus proprium, per speciem propriam, per differentiam propriam distinguitur ab aliis individuis.

COMPREHENSIO.

Comprehensio pertinet at qualitates vel sumitur ut collectio qualitatum.

EXTENSIO.

Extensio pertinet ad individua vel sumitur ut collectio individuorum quae habent easdem vel similes qualitates.

SCIENTIA.

Scientia est cognitionum collectio vel series.

ARS.

Ars est praxis vel operatio secundum regulas et principia.

Ars potest appellari practicalis applicatio cognitionis aut intuitivae aut scientificae ad agendum vel perficiendum opus aliquod.

ELENKOS.

Elenkos est difficultas. Ignorantia elenki est ignorantia questionis vel difficultatis.

COGNITIO.

Cognitio est informatio quam intellectus humanus habet de re vel idea qualibet.

Cognitio intuitiva est illa quam intellectus immediate vel absque discursu atque ratiocinio habet.

Cognitio scientifica vel discursiva est illa quam intellectus mediate vel per discursum atque ratiocinium vel per probationem atque demonstrationem habet.

PARS MATERIALIS.

LECTIO PRIMA.

VERITAS.

Veritas est perfectio cognitionis. Haec perfectio est plena et stricta conformitas existens inter ideam vel rem aliquam et ejus cognitionem aut expressionem.

Logica vel rationalis veritas est conformitas talis vel a mente percepta vel sine fallacia expressia.

Veritas moralis est conformitas talis inter mentalem apprehensionem vel conceptum rei cujuslibet atque honestam et propriam expressionem ejusdem conceptus, sive haec expressio sit in verbis dictis sive sit in verbis scriptis.

Veracitas est praxis habitualis, vel habitudo, exprimendi veritatem tum per loquelam tum per scripturam.

Verba, vel dicta vel scripta, formant propositiones. Propositiones eformant raticinium et argumentum. Ad argumentum logicum pertinet forma logica vel propria.

FORMA.

Argumenti logici forma est propria dispositio verborum atque propositionum in ordine apto ad recte concludendum, vel ut conclusio legitima sequatur ex praemissis. Forma logica pertinet, igitur, tam ad proprietatem in usu et in significatione verborum in propositionibus quam ad proprietatem in dispositione propositionum in argumento logico. Itaque, prima pars Logicae vocatur Pars Formalis, quia tractat de forma logica in argumento logico.

Grammatica (Grammar) tractat de proprio usu verborum. Vocabularium (Dictionary) continet significationes atque definitiones verborum.

MATERIA.

Quia propositiones et verba sunt quasi materia ex qua formantur vel fabricantur argumenta, verba nuncupantur *materia*

remota dum propositiones appellantur *materia approxima* in argumento logico.

Ut argumentum possit propri vocari logicum aut omnino verum debet esse logicum vel verum tum in forma tum in materia. *Veritas est materia logica* in argumento logico. Itaque, secunda pars Logicae vocatur Pars Materialis, quia tractat de *veritate logica*, quae generaliter appellatur materia *logica* vel *rationalis* in argumento logico.

LECTIO SECUNDA.

CERTITUDO.

Certitudo est securitas rationalis quam intellectus humanus habet de veritate alicujus rei vel propositionis. Certitudo pertinet ad res tam possibiles quam existentes et ad proprietates rerum earum.

Certitudo physica pertinet ad res naturales. Certitudo metaphysica, vel ontologica, pertinet ad ontoligiam. Certitudo moralis pertinet ad moralia principia quae homines applicare debent in agendo cum aliis homnibus. Certitudo historica pertinet ad historiam quae est narratio rerum gestarum. Certitudo logica pertinet ad securitatem quam humana mens habeat in ratiocinando logice, id est, in ratiocinando secundum regulas et principia Logicae, quae est scientia recte ratiocinandi, ut veritas obtineatur et ut falsitas evitetur.

EXISTENTIA CERTITUDINIS.

Existentia certitudinis admitti debet ut aliquid verum absque demonstratione. Omnis homo sanus percipit suam existentiam ut veritatem evidentem, sine probatione vel demonstratione atque sine dubio.

Quando quis vel negat vel dubitat suam existentiam, in ita negando vel dubitando suam extentiam, ipso facto cognoscit et percipit semetipsum existere.

Sanus intellectus est facultas per quam homo cognoscit vel cognoscere potest veritatem. Homo qui habet intellectum

sanum et cognoscit facta vel veritates potest affirmare, negare, distinguere, judicare, ratiocinari. Praetera, talis homo percipit vel intelligit se existere atque se habere certitudinem tum de sua existentia tum de existentia veritatum extra semitipsum.

EXEMPLA.

Bis quatuor sunt octo. Totum est majus quam pars. Non est effectus absque causa. Nos existimus. Extra nos, aliquid existit. Res et veritates multae existunt extra hominem.

Certitudo considerari possit vel ut vulgaris vel ut philosophica. Certitudo vulgaris generaliter venit ex impulsu subito et sine ratione vel reflexione sufficiente. Certitudo philosophica venit ex cogitatione atque ratione vel motivo sufficiente. Homo qui habet certitudinem philosophicam potest rationem dara pro securitate vel certitudine quam ille habeat de veritate propositionis vel re cujuslibet.

LECTIO TERTIA.

MEDIUM CERTITUDINIS.

Medium certitudinis est illa ratio vel illud motivum quod movet aut movere potest mentum humanum ad recte judicandum de re qualibet.

Medium vel motivum certitudinis est in ordine morali, physico, metaphysico vel ontologico, sicut movet intellectum humanum ad certitudinem moralem, physicam, metaphysicam vel ontologicam.

Ut medium vel motivum certitudinis possit esse principium per quod homo rationalis recte distinguat verum a falso, veritatem a falsotate, debet habere qualitates hic sequentes :—debet esse rationabile ; debet esse intelligibile ; debet esse posibile ; debet esse clarum ; debet esse verum. Intellectus humanus debet illud clare percipere atque comprehendere.

LECTIO QUARTA.

SCIENTIA VEL SENSUS INTERIOR.

Scientia vel sunsus interior est illud medium per quod homo rationalis habet vel habere potest cognitionem certam de suo statu preasente. Sensus interior generaliter vocatur sunsus intimus vel conscientia. Sensus interior ut scientia intima vel conscientia est medium at motivum certitudinis, quia habet connectionem necessariam cum veritate judiciorum illorum quae fundantur aut nituntur in eodem sensu. Praeterea hoc medium vel motivum certitudinis fundatur in principio sequente : "Prius est esse in mente quam sentiri in mente."

EXEMPLA.

Homo sentit se cogitare, existere, scribere, disputare, se videre vel non videre solem lucentem in coelo.

Principium istud, nempe, "Prius est esse in mente quam sentiri in mente," est principium primum, inconcussum, generaliter notum et admissum. Porro, homo rationalis nec dubitat veritatem suarum sensationum nec requirit ut alii homines probent se ipsum sentire vel habere sensum aut scientiam veram et interiorem de suo statu praesente. Actualis existentia hominis, in respectu hominis ipsius, est prima veritas per se nota vel evidens, est veritas non indigens probatione.

LECTIO QUINTA.

EVIDENTIA.

Evidentia propria est perceptio clara de convenientia vel disconvenientia idearum. Evidentia vocatur subjectiva quando manet in mente tamquam in subjecto. Evidentia noncupatur objectiva quando manet in objecto percepto. Evidentia objectiva est illa aptitudo per quam objectum clare perciptur vel percipi potest a multis aut ab omnibus hominibus rationalibus.

Evidentia saepe dividitur etiam in immediatam, mediatam, intrinsicam extrinsicam.

Evidentia immediata est illa per quam clare percipitur convenientia vel disconvenientia idearum sine ratiocino. Talis evidentia nuncupatur cognitio intuitiva.

EXEMPLA.

Totum est majus quam pars. Omnes partes rei cujuslibet sunt aequales toto ejusdem rei.

Evidentia mediata requirit ratiocinium tanquam medium per quod percipitur convenientia vel disconvenientia idearum.

EXEMPLUM.

Omnes anguli trianguli rectiangli sunt aequales duobus angulis rectis.

Evidentia intrinsica venit ex natura rei ipsius. Evidentia extrinsica venit ex demonstratione vel principio extra rem ipsam.

Evidentia stricta et vera est, ut jam dictum est, motivum certitudinis de convenientia vel disconvenientia idearum inter se. Homo rationalis non dubitat de tali certitudine. Nulla datur controversia quando homines rationales judicant et admittunt rem vel questionem evidentem esse vel veram esse per evidentiam.

Evidentia potest esse major vel minor in extensione, quia potest extendere ad res plures vel ad plures respectus et proprietates alicujus rei. Sicut objectum clare visum clarius videtur quando lumen vel numerus luminum augetur, ita plures probationes vel demonstrationes eadem de re vel questione saepe dantur ut adhaesio mentis firmior sit et ut homo rationalis convincatur ab una probatione, quanodo non convincitur ab alia.

Evidentia est veritatis regula prima pro illis judiciis quae nituntur in evidentia ipsa, quia prima regula veritatis est ratio ultima quae dari possit, et evidentia est ista ratio ultima quae

datur pro judicio quod nititur vel fundatur in evidentia ipsa. Inter proprietates vel respectus rerum aut objectum, sicut inter propositiones quae adhibentur tamquam probationes vel demonstrationes, ex quibus evidentia possit obtineri, connexio propria debet existere, ut res vel questio sit aut evidens, aut certa per evidentiam.

Quoniam evidentia est causa cur intellectus hominis rationalis assentit vel cogitur assentire, evidentia est etiam causa vel ratio hamanae certitudinis, vel motivum et medium certitudinis.

LECTIO SEXTA.

EVIDENTIA VEL TESTIMONIUM SENSUUM.

Evidentia vel testimonium sensuum est propensio naturalis, permanens, generalis, invincibilis per quam homo rationalis ducitur ad judicandum de corporum existentia et impellitur ad concludendum corpora realiter existere.

Evidentia vel testimonium sensuum est medium vel motivum certitudinis de reali existentia corporum vel rerum.

Sensus externus appellatur facultas percipiendi corporum externorum existentiam per effectum vel impressionem productam in organo vel membro corporis humani. Ad sensum pertinent sensibilitas atque sensatio. Sensibilitas est facultas sensitiva per quam homo sanus in corpore atque in mente vel sentire potest realem existentiam corporum. Sensatio est effectus in mente productus per illam facultatem et per corpora quae afficiunt vel afficere possint aliquod membrum sensitivum corporis hominis rationalis.

Sensibilitas vocatur externa, quando sensatio venit vel producitur per quinque sensus externos, nempe, per visum, auditum, gustum, tactum, olfactum, vel per horum organa, nempe per oculos, aures, palatum, cutem, nares vel nasum.

In evidentia sensuum, id inveniri potest quod constituit vel constituere possit certitudinem, vel securitatem rationalem in sana mente humana de veritate cognita. Certitudo talis est physica certitudo, quia fundatur in legibus naturae.

LECTIO SEPTIMA.

TESTIMONIUM HOMINUM.

Testimonium est declaratio hominis rationalis de factis aut praeteritis aut coaevis. Ut testimonium sit verum et medium certitudinis de factis talibus, requiruntur conditiones. Requiritur ut plures testes adsint ; ut illi testes vere testificentur ; ut illi testes bene et proprie intelligantur ; ut ille testes neque decepti fuerint neque decipere potuerint, etiamsi voluissent ; ut factum sit possibile ; ut factum sit alicujus valoris vel momenti magni. De factis obviis, publicis, sensibilibus, magni momenti, peractis coram numero magno, testes generaliter neque decepti sunt neque decipere volunt neque decipere possunt, etiamsi voluissent. Testimonium talium testium de factis talibus est medium vel motivum certitudinis.

PROBABILITAS.

Probabilitas est ratio impellens hominem rationalem ad judicandem aliquam propositionem esse veram, etiamsi talis propositio non realiter demonstretur. Illa propositio vel opnio probabilis est quae nitatur in fundamento gravi, sed non omnino securo vel certo. Illae rationes quae ponunt mentem humanam et rationalem in statu inter dubium et certitudinem vocantur probibilitates.

Dubium existit, quando numerus probabilitatum ad affirmandum est aequalis numero ad negandum. Quando numerus probabilitatum ad affirmandum est major quam numerus ad negandum, tunc datur verisimilitudo, sed neque dubium neque certitudo. Quando facta vera vel certa vel rationes verae vel certae habentur vel obtinentur, facta probabilia vel opioniones probabiles rejiciantur, quia veritas vel certitudo melior est quam probabilitas.

LECTIO OCTAVA.

RATIO HUMANA CERTITUDINIS MEDIUM VEL MOTIVUM.

Ratio humana est illa facultas mentis per quam homo rationalis percipit vel percipere potest certitudinem obtentam ex ratiocinio vel ex ratiocinando recte.

Ratio, sumpta ut propria applicatio omnium operationum mentalium ad obtinendam veritatem et ad evitandam falsitatem cujuslibet questionis, est medium vel motivum certitudinis.

Homo rationalis, mediante ratione, deducit conclusionem veram ex praemissis veris. Quando talis homo admittit praemissas ut veras, admittere debet etiam conclusionem ex eis deductam, quia, in asserendo praemissas, implicite asserit conclusionem ; deinde, conclusionem explicite deducit et asserit. Praeterea, non potest illi conclusioni renuere quin sibimetips contradicat.

Deductio est naturalis actus rationis. Per accidens, ratio vel sana mens humana potest fallere, quando non abservat regulas et principia quae requiruntur ut conclusio sit legitima, vel ut sit logice vera. Deductio producit certitudinem in quantum observatae sunt regulae et principia. Principium unum est hoc : "Certitudò cognitionis oritur ex certitudine principiorum et regularum."

Homo rationalis non immediate, vel non intuitu immediato, cognoscit omnen veritatem vel omnes veritates. Ratio est facultas intellectiva quae versatur circa veritatem.

Facultatis hujus multae sunt operationes quarum praecipuae hic sequuntur : perceptio, quia mens percipit objecta ; attentio, quia mens attendit ad objecta ; abstractio, quia mens considerat qualitates objectorum ; comparatio, quia mens comparat objecta ; detectio, quia mens detegit convenientiam vel disconvenientiam objectorum ; judicium, quia mens objecta jungit per affirmationem vel ea disjungit per negationem. Judicium expressum in verbis est ratiocinium, ex quo venit verbem RATIOCINARI, vel actus rationis.

LECTIO NONA.

FACULTAS INTELLECTIVA UT MEDIUM CERTITUDINIS.

Judicium immediatum est vel A PRIORI, vel A POSTERIORI. Judicium immediatum A PRIORI affirmat praedicatum contineri in subjecto, vel affirmat id quod vere videt, et videt id quod realiter est in facto ; igitur, percipit et refert id quod certum est et, proinde, generalitur accipitur ut medium certitudinis. Idem dicendum est de judicio immediato A POSTERIORI.

Facultas intellectiva est medium certitudinis per judicium mediatum, quando ratiocinium est FORMALITER et MATERIALITER verum, quia conclusio legitima sequitur atque legitime sequi debet ex praemissis veris, alioquin idem simul esse et non esse possit, vel idem simul affirmari et negari possit: atqui, hoc esset contra prima principia recete ratiocinandi ; ergo, per ratiocinium *verum in forma et materia* vel per tale judicium mediatum et per facultatem intellectivam, homo rationalis habet et habere potest medium certitudinis.

Facultas intellectiva, sumpta ut conscientia, est medium certitudinis. Testimonium conscientiae de veritate est aut certum aut incertum. Si non sit certum, in dubium revocari potest. Ille qui dubitat testimonium conscientiae aut conscit aut non conscit se dubitare. Si consciat se dubitare, ipso facto admittit conscientiae testimonium verum esse. Si non consciat se dubitare, ipso facto falsitatem asserit in dicendo se dubitare testimonium conscientiae, quia cognoscit per testimonium conscientiae semetipsum dubitare vel non dubitare. Homo rationalis habet, igitur, medium certitudinis in facultate intellectiva, sumpta ut conscientia.

LECTIO DECIMA.

CONSCIENTIA ET SENSUS INTERIOR DIFFERUNT ALIQUANTULUM.

Conscientia attingit facta sensibilia et spiritualia, sed sensus interior attingit facta, tantum sensibilia.

Conscientia cognoscit factum in modo intellectuali vel morali atque tribuit facto illi formam propositionis, sed sensus interior cognoscit factum in modo sensibili et absque forma propositionis. Effectus alli pertinent ad animam, dum alli pertinent ad sensum internum vel interiorem.

Facultus intellectualis et cognoscitiva est unica in se, sed habet nomina multa propter diversitatem officiorum quae perficit. Facultas intellectualis appellatur conscientia, quia in modo intellectuali cognoscit affectiones vel actiones animae humanae. In actibus moralibus, conscientia vocatur proxima regula actuum humanorum, dum lex appellatur remota regula actuum humanorum.

Facultas intellectualis nuncupatur intelligentia vel intellectus, quia vel mediate vel immediate cognoscit vel intelligit veritatem. Facultas intellectualis dicitur ratio, quia deducit unam cognitionem ex alia. Facultas intellectualis nominatur memoria, quia revocat atque retinet facta praeterita.

Facta sunt vel interna vel externa. Quando homo rationalis revertit ad semetipsum in cogitatione, percipit factum vel effectum internum. Quando talis homo contemplatur corpora vel objecta externa vel considerat eorum effectus aut phenomena, tunc habet facta externa.

Per facultatem intellectualem, homo rationalis potest vel mediate vel immediate percipere veritatem in ordine factorum vel in ordine idearum. Per ratiocinium argumentum proprium, recte ratiocinandum, veritas potest cognosci et a falsitate distingui vel in ordine factorum vel in ordine idearum.

LECTIO UNDECIMO.

MEMORIA UT MEDIUM CERTITUDINIS.

Memoria est facultas per quam homo rationalis potest vere pronuntiare se tales vel tales res olim aut aliquando habuisse, audivisse, vidisse vel fecisse. Hoc in sensu, memoria est medium vel motivum certitudinis.

Per propensionem naturalem, constantem, invincibilem et rationalem, homo sanus ducitur ad vere judicandum se aliquando talia et alia cognovisse vel egisse. Sicut sensus intimis, vel conscientia, et evidentia atque testimonium sensuum externorum et internorum sunt media et motiva certitudinis, quia invincibiliter impellunt hominem rationalem assensum suum dare, ita memoria compellit hominem talem assentire atque, igitur, est medium vel motivum certitudinis. Praeterea, memoria est medium certitudinis, quia retinet pro homine rationali veritatem receptam vel ex primis principiis vel ex demonstratione vera.

Propositio quae sic stabilitur per demonstrationem ut accipiatur in generali tamquam omnino vera, non semper est rejicienda propter difficultates vel objectiones etiam pro tempore insolubiles. Non, enim, semper juste concluditur talem propositionem aut esse falsam aut rejicendam ut falsam propter difficultates vel objectiones quae instanter non solvi possint ; etenim, admittendum est multas res vel explicationes et solutiones esse homini ignotas. Praeterea, res omnes neque possunt neque debent semper demonstrari vel solvi vel explicari ad plenam satisfactionem cujuslibet personae objicientis. In praxi, generaliter consideratur melius retinere propostionem jam demonstratam ut veram et rejicere difficultates vel objectiones contra propositionem talem quam semper in dubio remanere de veritate jampridem receptam vel ex demonstratione vera vel ex primis principiis.

LECTIO DUODECIMA.

DEMONSTRATIO.

Demonstratio est explicatio vel probatio propositionis cujuslibet data secundum regulas et principia.

Demonstratio vocatur simplex quando constat ex uno ratiocina. Demonstratio est composita quando constat ex pluribus ratiocinis.

Principia demonstrationis debent esse vera, quia vera probatio vel conclusio non legitime sequitur ex principio falso.

In demonstratione, dantur MODUS et MEDIUS vel MEDIUM. Modus est directus quando probatur vel ostenditur attributum vel praedicatum convenire vel non convenire cum subjecto. Modus est indirectus quando probatur vel ostenditur conclusionem esse vel absurdam vel impossibilem in assumpta propositione.

Medium demonstrationis est vel *a priori* vel *a posteriori*, sicut illud sumitur ut causa vel effectus. Quando medium vel medius terminus est causa, tunc est prior quam id quod concluditur et conclusio nucupatur *a priori*. Quando medium vel medius terminus est effectus, tunc est posterior quam id quod concluditur et conclusio vocatur *a posteriori*.

Demonstratio fit *a priori*, quando per causam probatur effectus. Demonstratio fit *a posteriori*, quando per effectum probatur causa. Ex natura rei cujuslibet concluduntur attributa vel proprietates ejusdem rei, mediante demonstratione *a priori*.

Quando quis arguit a causa ad effectum vel a ratione ad ratiocinatum, tunc demonstratio vel argumentum dicitur *a priori*. Quando quis arguit ab effectu ad causam vel ratiocinato ad rationem, tunc demonstratio vel argumentum appellatur *a posteriori*.

Demonstratio vocatur vitiosa vel non legitima, quando conclusio falsa deducitur ex principio vero vel ex praemissis veris aut quando conclusio vera deducitur ex principio falso vel ex praemissis falsis.

Demonstratio debet habere principium verum vel admissum ut verum, vel aliquam propositionem veram vel probatam et admissam ut veram. Propositiones per se notae vel evidentes non possunt proprie demonstrari, quia poni non possunt alia principia clariora quam illae propositiones, per se notae et per se evidentes.

Demonstratio nuncupatur relativa, quando aliquid contra adversarium concludi possit ex affirmatis vel negatis ab eodem adversario. Talis demonstratio vocatur AD HOMINEM, quando conclusio ducit ex affirmato ad veritatem negatam. Demonstratio est ratiocinium vel series ratiociniorum ostendens veritatem propositionis.

LECTIO TERTIA DECIMA.

ORDO.

Ordo concludendi est vel logicus vel ontologicus. In ordine logico, conclusio est posterior praemissis et ab illis dependet. In ordine ontologico, hoc non semper occurrit. Quando terminus medius continet rationem ontologicam cur attributum convenire vel non convenire cum subjecto, tunc demonstratio dicitur A PRIORI. Quando, tamen, attributum continet rationem ontologicam cur terminus medius est identicus cum subjecto, demonstratio nuncupatur A POSTERIORI.

LECTIO QUARTA DECIMA.

PRINCIPIUM.

Omnes veritates non sunt vel demonstrandae vel proprie demonstrabiles. Si veritates omnes demonstrari bebeant atque si sint omnes demonstrabiles, vel si nulla veritas accipienda sit

ut vera sine demonstratione propria, tunc unusquisque debet procedere sine fine vel ad infinitem in probatione vel in demonstratione veritatis.

LECTIO QUINTA DECIMA.

CERTITUDO MAJOR VEL MINOR.

Certitudo potest esse major vel minor, quia potest extendere ad plura media vel objecta vel ad plures proprietates aut respectus alicujus rei vel questionis. Quando probationes vel demonstrationes plures adhibentur eadem de re, id fit ut adhaesio mentis firmior sit sicut objectum blare visum clarius adhuc videtur, si lumen vel numerus luminum augeatur. Ut homo rationalis melius intelligat rem vel questionem aliquam, plures probationes vel demonstrationes eadem de re vel questione dantur atque dari possint. Saepe accidit, enim, ut homo rationalis convincatur ab una demonstratione potius quam ab alia.

Homo rationalis habet facultates internas per quas ille potest cognoscere facta sensibilia et interna.

Facultates illae nuncupantur sensus, quia sunt organici. Vocantur interni, quai organa sensuum illorum sunt interna vel intus existunt.

Illarum facultatum una generaliter vocatur sensus intimus vel sensus interior. Objectum sensus interioris est factum internum atque sensibile. Factum interum est effectus productus in subjecto vel mente hominis rationalis. Per sensum interiorem vel communem, homo sanus percipit bonum vel malum statum organismi et sensationes sensuum externorum.

PARS PRACTICALIS.

LECTIO PRIMA.

FALLACIA.

Fallacia est deceptio in argumento. Fallacia latet vel in forma vel in materia argumenti.

Sophisma est argumentum quod apparet esse verum, sed est falsum aut in forma aut in materia. Sophisma continet fallaciam vel deceptionem aut formalem aut materialem. Argumentum tale est contra regulas fecte ratiocinandi.

LECTIO SECUNDA.

FALLACIA FORMALIS.

Fallacia formalis generaliter applicatur ad significationem verborum quae formant propositionem.

Aequivocatio vel ambiguitas est illa fallacia per quam verbum aliquod sumi possit in sensu duplici vel multiplici.

EXEMPLUM.

Verbum *videre*. Hoc verbum possit significare vel *intelligere* vel *comprehendere* vel *audire* vel *videre*.

Fallacia haec saepe inventiatur in medio termino syllogismi. Tunc appellatur fallacia *medii ambigui*.

In argumentum tali sunt plures termini quam tres. Tale argumentum est contra regulam sequentem: "Terminus esto triplex, medius majorque minorque."

Amphibologia est fallacia quae invéniri possit in constructione vel in dispositione verborum in sententia vel propositione. Per hanc fallaciam propositio habere possit duplicem vel multiplicem sensum.

EXEMPLUM.

Dixit in civitate hodie me videbitis.
Sententia haec potest sensum triplicem habere.
Fallacia amphibologiae accidat in computando.

EXEMPLUM.

Bis quatuor et quinque. Haec sentia possit significare vel 13 vel 18. Ut sensus verus appareat, repetitio vel omissio vel mutatio vocis alicujus est necessaria.

LECTIO TERTIA.

FALLACIA COMPOSITIONIS.

Fallacia haec est in concludendo *idem* de collectione indivorum vel de multis simul sumptis *quod* de illis singillatim et separatim sumptis praemissum fuerat. Fallacia talis inveniri possit in syllogismo vel argumento cujus conclusio generalis est dum praemissae sunt particulares.

Argumentum continens hanc fallaciam est contra regulas sequentes: "Nihil sequitur geminis ex particularibus unquam" et "Latius hunc quam praemissae conclusio non vult."

EXEMPLUM.

Aliquis vel unusquisque judex curiae supremae potest falso interpretari legem civilem; atqui sunt multi judices curiae supremae; ergo, omnes illi judices curiae supremae possunt falso interpretari legem civilem.

LECTIO QUARTA.

FALLACIA DIVISIONIS.

Fallacia haec est in concludendo de individuo aliquo vel de individuis singillatim et separatim sumptis *id quod* de collectione individuorum vel de individuis multis aut omnibus simul sumptis praemissum vel dictum fuerat.

EXEMPLUM.

Omnes judices curiae supremae non possunt falso interpretari legem civilem : atqui Samuel Harrison est judex curiae supremae : ergo, ille non potest falso interpretari legem civilem.

Ex praecedentibus exemplis et regulis evidens est, ut id quod verum sit in sensu collectivo non semper verum sit in sensu distributivo vel ut id quod verum sit in sensu distributivo non semper verum sit in sensu collectivo.

LECTIO QUINTA.

Fallacia transitus a *dicto sempliciter* ad *dictum secundum quid.*

Quando terminus medius in una praemissa significat rem simpliciter sumptam, vel sicut res est in se, non autem sumptam quoad qualitates vel conditiones vel quasdam circumstantias, et quando terminus medius in altera praemissa significat illam rem sumptam secundum qualitates vel conditiones vel quasdam circumstantias, tunc fallacia latens in argumento tali vocatur fallacia transitus *a d cto simpliciter* ad dictum secundum quid. Haec fallacia latet in transitu a regula generali ad casum particularem contra regulam istam.

EXEMPLUM.

Omnis qui personam aliquam secat cum instrumento acuto puniri debet : atqui, chirurgus Americanus cum instrumento tali secuit personas multas, ergo, chirurgus Americanus puniri debet.

LECTIO SEXTA.

Fallacia transitus a *dicto secundum quid* ad *dictum simpliciter.* Quando terminus medius in una praemissa significat rem *secundum quid*, secundum quamdam conditionem, qualitatem vel circumstantiam, et quando terminus medius in altera praemissa significat rem *simpliciter* absque tali conditione,

qualitate vel circumstantia, tunc fallacia talis appellatur fallacia transitus *a dicto secundum quid* ad *dictum simpliciter.*

EXEMPLUM.

Joseph fuit vir justus et accepit veritatem coelestem in somnio : atqui, omnes viri justi somnia habuerunt : ergo, omnes viri justi acceperunt veritatem coelestem in somnio.

LECTIO SEPTIMA.

FALLACIA CAUSAE.

Fallacia causae consistit in assumendo causam falsam ut causam veram vel causam partialem ut causam totalem alicujus rei vel effectus.

EXEMPLUM.

Scholae publicae Statum Unitorum non docent christianismum secundum interpretationem vel formam alicujus ecclesiae vel sectae christianae : atqui, in Statibut Unitis, Maxima pars populi manet extra omnem ecclesam et sequunter nullam formam vel interpretationem alicujus ecclesiae vel sectae christianae ; ergo, scholae publicae Statum Unitorum sunt causa hujus multitudinis—Some say "Fifty million people do not attend Church in the United States." They say, "That is a result of the Public Schools"—manentis extra omnem ecclesiam et non sequentis religionem christianam.

Haec fallacia causae possit includere fallaciam quam auctores nominant *post hoc ergo propter hoc.*

Praeterea, praecedens argumentum continet errores alios.

LECTIO OCTAVA.

FALLACIA INTERROGATIONIS.

Fallacia haec latet in questione simplici habente sensum duplicem vel multiplicem.

EXEMPLA.

Estne ille doctor? Habesne tu domum propriam.

Fallacia haec seape latet in omnibus vel in pluribus vel in

una harum interrogationum quae constituere possint serim vel propositionem compositam.

Sententia vel propositio talis debet separari in simplices propositiones, ut unaquaeque interrogatio recipiat unum responsum proprium.

LECTIO NONA.

FALLACIA CONCLUSIONIS.

Fallacia haec latet in conclusione falsa vel irrelativa et saepe vocatur fallacia *non-sequitur*, quia conclusio talis habet aut nullam aut fere nullam connexionem logicam cum antecedente vel praemissis.

EXEMPLA.

"Habesne tu pecuniam quae tua non est? Habeo pecuniam talem. Ergo, tu es furti reus. Ergo, tu es dignus poena in carcere.

Non sequitur, ut ego sim furti reus aut poena dignus in carcere. Ego, enim, teneo hanc pecuniam in thesanro pro personis aliis."

California et Montana habent auri et argenti fodina multa: Pennsylvania habet ferrum, carbonem et petroleum; ergo, Alabama est Status ditissimus et frigidissmus in America.

Praecedens fallacia vocatur *ignoratio elenchi*. Argumentum ad hominem, argumentum ad populum, argumentum ad verecundiam, argumentum ad antiquitatem, argumentum ad auctoritatem fallibilem et mutabilem.

Ignoratio elenchi latet in concludendo id quod non est concludendum vel in probando id quod non est probandum. Haec fallacia generaliter est ignoratio rei vel questionis probandae vel propositionis concludendae. Haec fallacia est ignoratio probationis realis et propriae vel ignorantia conclusionis legitimae et requisitae.

Argumentum ad hominem est argumentum non de re quae sit probanda, sed est argumentum de persona vel de personae

qualitatibus quae non sint probandae. Fallacia haec latet in argumentando de persona sed non de re quando argumentatum debet esse de re et non de persona.

Argumentum ad populum est argumentum non ad intelligentiam, sed ad passiones populi, non ad rationem, sed ad praejudicium populi, non ad cognitionem, sed ad ignorantiam populi.

Argumentum ad verecundiam est argumentum quod aliquis proponat et vellit ab aliis accipi propter dicta vel scripta vel facta cujusdam personae cujus nomen habeatur in reverentia.

Argumenta ad antiquitatem et ad auctoritatem sunt satis clara, ut amplior explicatio de illis non sit hic necessaria.

LECTIO DECIMA.

ASSUMPTIONIS FALLACIA.

Fallacia haec latet in assumptione falsa vel aliter impropria. Fallaciae quae vocantur petitio principii et cirulus vitiosus includuntur in fallacia assumptionis.

Fallacia petitionis principii latet in assumenda ut probatum id quod est probandum.

EXEMPLUM.

Omnis substantia est immortalis quae est simplex et indivisibilis: atqui, anima humana est substantia simplex et indivisibilis; ergo, anima humana est immortalis.

Fallacia circuli vitiosi vel circuli in probando, latet vel in assumendo ut verum id quod non est verum, vel ut certum id quod non est certum vel ut admissum id quod non est admissum, vel ut probatum id quod non est probatum, vel ut notum vel in probando aliquam primam propositionem per secundam propositionem non probatam atque tunc in probando hanc secundam propositionem per illam primam propositionem non probatam.

EXEMPLUM.

Anima humana est immortalis; ergo, anima humana est substantia simplex. Anima hominis est substantia simplex; ergo, anima hominis est immortalis.

EXEMPLUM ALIUD.

Sol stat ; ergo, terra movet. Terra movet ; ergo, sol stat.
Terra stat ; ergo, sol movet.
Sol movet ; ergo, terra stat.

Humanum est errare. Existentia fallaciarum vel falsitatum earum applicatio communis in decipiendo hominem tam in loquela quam in scriptura generaliter admittuntur ut facta sine dubio atque disputatione.

Homo rationalis est errori obnoxius quando judicat absque perceptione clara vel quando pronunciat sine evidentia vera atque ratione vel motivo sufficiente.

Contra deceptionem in lingua et contra errores in judicando atque in docendo, debet esse remedium proprium inter homines. Logica fuit, ab initio vel ab ejus origine, instituta et formata contra fallacias et sophismata. Omnis forma propria posita fuit in Logica contra *formales et materiales errores* in dictis et in scriptis.

Proinde, *theoretica pars Logicae tractat de propria forma et materia* dum tradit regulas et principia quae requirant *logicam formam et materiam* in recte ratiocinando, ut fallacia vel falsitas atque deceptio evitentur et ut veritas obtineatur. In praxi, Logica debet hominem ab errore revertere et in via recta dirigere tam in ratiocinando quam in docendo. Quare, hoc in libro, pars tertia Logicae vocatur Pars Practicalis.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010677887